300

policarpus· smyrneorum antistes· Quia tem
pore quodam cum apud ephesum balneas la
vandi gratia fuisset ingressus· et vidisset ibi
cerinthum· exiluit continuo et discederet non
lotus dicens· Fugiamus hinc ne et balneę
ipsę corruant· in quibus cerinthus lavit· ve
ritatis inimicus· Idem etiam policarpus mar
cioni aliquando cum occurrisset dicenti sibi
agnosce nos· Respondit· agnosco· Agnosco·
primogenitum satanę· Tanta tunc apostoli atque eorum
discipuli· in religione cautela utebantur· ut
nec verbi quidem communionem cum aliquo eorum qui a ve
ritate deviaverant habere paterentur·
Sic et paulus dicit· Hereticum hominem· post primam
et secundam correptionem devita· sciens quia per
versus sit huiusmodi et peccat· cum sit a semetipso